



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3. Vtrum materia huius sacramenti sit panis triticeus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

de praesentia p[ro]nomen hoc, seu hic: & propterea oportet praesentem esse materiam consecrandam. De quantitate vero non fit metio: quoniam locus fit distributioni quod ad quantitate eius fit metio in forma consecrationis, dum dicitur, Hic est calix: oportet enim vinum contineri in calice, ac per hoc quantitate eius calice non excedere. Sed hoc non cogit: quoniam potest sacerdos habere coram se multos calices plenos, & simul omnes consecrare, sicut simul consecrat multas hostias. Unde ex quantitate calicis, non habetur determinata quantitas.

¶ 2. Prax. Ministris ecclesiae non est a Christo data potestas ad ea, quae pertinent ad irrisionem fidei, & sacramentorum eius, secundum illud secunda Cor. 10. Secundum potestatem quam dedit nobis Deus in aedificationem, & non in destructionem: sed hoc esset ad irrisionem sacramenti, si sacerdos uellet consecrare totum panem, qui uenditur in foro, & totum uinum, quod est in cellario, ergo hoc facere non potest.

¶ 3. Prax. Si aliquis baptizetur in mari, non tota aqua maris sanctificatur per formam baptismi: sed solum aqua illa, qua corpus baptizati abluitur, ergo nec in hoc sacramento superflua quantitas panis, & uini consecrari potest.

SED CONTRA est, quod multum opponitur paucis, & magnum paruus: sed nulla est ita parua quantitas panis aut uini, quae non possit consecrari, ergo etiam nulla est ita magna, quae consecrari non possit.

RESPON. Dicendum, quod quidam dixerunt, quod sacerdos non posset consecrare immensam quantitatem panis aut uini: puta totum panem, qui uenditur in foro, aut totum uinum, quod est in dolio: sed hoc non uidetur esse uerum, quia in omnibus habentibus materiam, ratio determinationis materiae sumit ex ordine ad finem, sicut materia ferre est ferrum, ut sit apta sectioni. Finis autem huius sacramenti est usus fidelium, unde oportet, quod quantitas materiae huius sacramenti determinetur per comparationem ad usum fidelium, non autem potest esse, quod determinetur ad usum fidelium, qui nunc occurrunt: alioquin sacerdos paucos parochianos habens, non posset consecrare multas hostias. Unde relinquitur, quod materia huius sacramenti, determinetur per comparationem ad usum fidelium absolute. Numerus autem fidelium est indeterminatus, unde non potest dici, quod quantitas materiae huius sacramenti sit determinata.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cuiuslibet rei naturalis materia accipit determinatam quantitatem, secundum comparationem ad formam determinatam: sed numerus fidelium, non est determinatus, unde non est simile.

AD SECUNDUM dicendum, quod potestas ministrorum ecclesiae ad duo ordinatur. Primum quidem, ad effectum proprium: secundo, ad finem effectus: secundum autem, non tollit primum, unde si sacerdos intendat consecrare corpus Christi, propter aliquem malum finem (puta ut irideat, uel ueneficia faciat) propter intentionem mali finis peccat: nihilominus tamen propter potestatem sibi datam perficit sacramentum.

AD TERTIUM dicendum, quod baptismi sacramentum perficitur in usu materiae: & ideo per formam baptismi non plus de aqua sanctificatur, quam quantum uenit in usum: sed hoc sacramentum perficitur in consecratione materiae: & ideo non est simile.

¶ 1. Prax. Vtrum requiratur ad materiam huius sacramenti, quod sit panis triticeus.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod non requiratur ad materiam huius sacramenti, quod sit panis triticeus. hoc enim sacramentum est rememoratiuum dominicae passionis: sed magis uidetur esse consonum dominicae passioni panis ordeaceus, qui est asperior, & de quo etiam Christus pauit turbas in monte (ut dicit Ioan. 6.) quae panis triticeus, ergo panis triticeus non est propria materia huius sacramenti.

¶ 2. Prax. Figura est signum speciei in naturalibus rebus: sed quaedam frumenta sunt, quae habent similem figuram grano tritici, sicut, far, & spelta, de quibus etiam in quibusdam locis panis conficitur ad usum huius sacramenti, ergo panis triticeus non est propria materia huius sacramenti.

¶ 3. Prax. Permissio speciem soluit: sed uix inuenitur farina triticea, quae alterius frumenti permissio non habeat, nisi forte de electis granis studiose fiat, non ergo uidetur quod panis triticeus sit propria materia huius sacramenti.

¶ 4. Prax. Illud, quod est corruptum, uidetur esse alterius speciei: sed aliqui conficiunt ex pane corrupto, qui iam non uidetur esse panis triticeus, ergo uideatur quod talis panis non sit propria materia huius sacramenti.

SED CONTRA est, quod in hoc sacramento continetur Christus, qui se grano frumenti comparat Ioan. 12. dicens, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, ergo panis frumenti, siue triticeus, est materia huius sacramenti.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, * ad usum sacramentorum assumitur talis materia, quae consona apud homines in talem usum uenit. In ter alios autem panes consonos homines utuntur pane triticeo: nam alij panes uidentur esse introducti in huius panis defectum, & ideo Christus creditur in huius panis specie hoc sacramentum instituisse, quae etiam panis magis confortat hominem, & ita convenientius significat effectum huius sacri: & ideo propria materia huius sacramenti, est panis triticeus.

Tulius ut sonat. In hoc articulo magna est q[ue]stio, & satis obcura de materia eucharistiae: quod ad panem habet enim multas difficultates, & varias opiniones. Est siquidem difficultas prima (qua tractat Auctor in littera) pp[er] diuersitate frumentorum, est & alia difficultas comparatio panem ad pasta. Et Albertus quidem magis in 4. sent. dist. 12. tenet panem ex spelta esse materiam eucharistiae (quae sequitur Pet. de Pal.) similiter tenet ex amidum panem confectum posse consecrari. Auctor uero tenet circa amidum quae circa speltam opinatur contrarium. sed apponit siligneum panem, quem Albertus negare videtur de pasta quod quae Scotus tenet partem negatiuam, ponendo tamen partem esse euidem specie cum pane, quid autem inter tota varia tenendum sit, ad rationes oportet deducere.

Tria sunt fundamenta, ex quibus proceditur. Primum est, unitas specifica materiae. Creditur enim euidem speciei debere esse materiam in hoc sacramento, sicut & in ceteris inuenitur. & hinc inferuntur quod ex solis illis frumentis, quae sunt euidem speciei cum tritico, potest confici panis pro hoc sacramento & per hanc uiam processisse uidentur Auctor in littera, Scotus, Durandus, & Petrus de Pal. habet quae uia haec difficultatem annexa ex illa propositione generat sibi simile in specie: quoniam haec uia ad discernendum distinetur specie a tritico. Aliud fundamentum est contrarium huius, pro quanto ponit sufficere genus proximum ad tritico: ita quod frumentum quod est genus, si sicut ad conueniendum panem pro sacramento. Et hac uia processit Albertus, ponens

Art. 1. huius
quest. 8. q.
66. art. 3.

ponens tamen solā duas frumenti species, tritici & speltam. Habetque fundamentum aliquod in euangelij verbis, quibus Dominus se comparat grano frumenti.

Tertium demum fundamentum, quod magnificat Petrus de Palude est auctoritas quarundam ecclesiarum, quae consecrāt panem confectū ex spelta, quod etiam tangit. Auctor in litera, dum in secundo argumento obijciendo offert, q̄ de spelta in quibusdam locis panis conficitur ad vsum huius sacramenti.

Ad quae quidem fundamenta si liberè respexerimus, nullam cogentem inuenimus habere rationem, nisi vltimum propter auctoritatē Spiritus sancti gubernantis ecclesiam: nā ob similes particulares consuetudines, venerabiliter sustinent theologj, plures sacerdotes consecrare eandem hostiam vel inferius patēbit. Et haec sunt dicta comparando panem ad materiā remocam Comparando vero ad materiā proximam duae rationes diuersas inducentes difficultates occurrunt. Prima est, de identitate seu diuersitate inter panem & pastam: secunda est, ex diuersitate modorum coquendi pastam. Obserua siquidem v̄r differētia inter panem & pastam crudam: reputat enim Scotus probabile esse, quod non differant specie, quia decoctio nō facit, nisi exhalationem humoris aquei, & mistio non est ibi, nisi iuxta positio, & ex pane fit pasta, si mica digitis comprimat.

Oppositum autem rationabilius videtur: quoniam decoctio applicando actiua p̄suis specie panis facit, sicut maturatio de agresta faciendo vnam, facit de agresta vinum. Ars enim in confectio panis, non concurrit, nisi applicando actiua p̄suis, vt patet ex hoc, quod forma panis est forma substantialis, quod conuincitur apud fideles, ex hoc q̄ panis transubstantiatur in corpus Christi, & accidentibus remanentibus non remanet panis, qui remane ret cum reliquis accidentibus, si accidens significaret. Vnde & saluum est, quod dum pasta decoquitur in clybano, fiat sola euaporatio humiditatis: decoctio enim digerit, & generat panem, missione autem, aut iuxta positione nulla opus est noua: sed prima missio farinae cum aqua (ex quibus confecta est pasta tamquam ex elementis ac materia transeunte) decoctione digeritur, & ad terminum deducitur, panem scilicet. Nec admitto ex pane fieri pastam, sed micam mollem similem pastae. Acceptabilior autem apparet haec positio contemplanti diuersitatem specificam inter agrestem, vinum, & acetum ex eisdem visis ob diuersam causam causalitatem: agresta enim est succus crudus, vinum vero succus digestus, acetum autem addit excessiuam super calculationem, vt testatur experientia, dum vinum expositum calori accescit, & cupientes acetum bonum habere, ad loca ca-

Alida dolium transferunt. Ex his enim apparet ex sola caloris differentia ex parte actiui, speciei cum progressum posse fieri ex parte materiae, licet non temper fiat: non enim differt specie p̄rum coctum a p̄ro crudo. Diuersi uero coquendi modi, scilicet vel assando vel elixando, speciem variare non videntur: panis siquidem elixus, vt lagana, aut fixus (quo etiam modo lagana in veteri lege offerebantur) aut assus, vt panis in clybano, & subcineritiis, & hostia eiusdem videntur speciei quod ad substantiam solaque accidentaliter forma differre videntur. Verum in proposito modo, videtur vtrumque parum pendendum, ita quod nec ex diuersitate specifica, nec ex identitate specifica, sufficiens ratio habeatur. Sed credendo quod nec pasta, nec panis, nisi assus, est consecrabilis, rationem aliunde lucentes, dicimus q̄ sicut in sacramento baptismi aqua a Christo est instituta, ita in eucharistia panis, & quemadmodum ubi aqua intelligitur non solum substantia aquae sed etiam quod sit sub forma aquae (& p̄pterea aqua sub forma grandinis aut niuis, non est materia baptismi) ita per panem intelligendus est panis, & secundum substantiam & secundum formam panis. Et per hoc excluduntur quaeunque constant ex pasta cruda, & similiter quaeunque constant ex pasta elixa: haec enim non habere formam panis (dato quod panes sint) vsus testatur humanus, quod

ex similitudine figurae manifestatur, quod canis & lupus sunt propinqua speciei, non autem eiusdem, unde ex talibus frumentis, quae nullo modo possunt ex semine tritici generari, non potest confici panis, qui sit debita materia huius sacramenti.

AD TERTIUM dicendum, quod modica permissio non soluit speciem, quia id quod est modicum, quodammodo assumitur a plurimo: ideo si fit modica admistio alterius frumenti ad multo maiorem quantitatem tritici, poterit exinde confici panis, qui est materia huius sacramenti: si uero fit magna permissio (puta ex aequo uel quasi) talis permissio speciem mutat, unde panis exinde confectus, non erit debita materia huius sacramenti.

AD QUARTUM dicendum, quod aliquando est tanta corruptio panis, quod soluitur species panis, sicut cum continuatas soluitur, & sapor, & color, & alia accidentia mutantur, unde ex tali materia non potest confici corpus Christi: aliquando uero non est tanta corruptio, quae speciem soluat, sed est aliqua dispositio ad corruptionem, quod declarat aliquis immutatio saporis, & ex tali pane potest confici corpus Christi: sed peccat conficiens propter irreuerentiam sacramenti. Et quia amidum est ex tritico corrupto, non uidetur quod panis ex eo confectus, possit fieri corpus Christi: quamuis quidam contrarium dicant.

his non vitium vt pane, sed potius haec comedimus cum pane, & ex hoc ipso profitentes distinctionem horum a pane. Assato autem pane solo vitium vt pane, & propterea crediderim ipsum solum esse consecrabilem: materia enim haec paucas habet assertiones, vnde & Auctor in litera opinatus loquitur, cum excludit speltam & amidum: de quo adhuc sub iudice lis est, & mihi videtur dicendum, vt supra, scilicet, quod si panis confectus ex eo est absolute panis, potest consecrari. Nec obstat corruptio tritici, dicentibus alijs triticum non corrumpi tunc, sed abluui & depurari & alterari, alijs autem quod corruptio nihil officit: quoniam non est corruptio simpliciter: sed corruptio, quae est via ad generationem panis, quam oportere interuenire, probatur ex eo, quod triticum est materia transiens respectu pastae & panis.

Tertia S. Thomae. GG 2 Super

Alias grani.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.

110. 110.